

Christian Schlee Johann Affelmann

Disputationum Theologicarum Exercitatio prima De Theologia Et Conciliis

Rostochii: Literis Reusnerianis, 1607

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn75651391X>


Druck Freier  Zugang




Chr. Sledanus,

R. U. theol. 1607.

196





XXV

Disputationum Theologicarum
Exercitatio prima

DE

THEOLO- GIA ET CON- CILIIS.

Quam

In Almâ Rostochianâ

DEO

MODERANTE

Præsidium

Reverendo & clarissimo viro,

Dn. M. CHRISTIANO SLEDA-

NO SS. Theologiae Professore publico,

proponit

IOHANNES AFFELMANNVS

Zusatensis VVestphalus Respondens.

Ad diem 12. Decemb.

^{XXV}
ROSTOCHII

Literis Reusnerianis, Anno 1607.

*Vir, quâ facem, quâ lacem, præstanti bo M. Christi
Moro Helico, Adreæ ac Græcæ Linguarum in illustri
Sæculæ Pflor dignitas, fautori amico, mita Actor.*



Amplissimis & spectatissimis,

Dn. IOHANNI WOESTHOFFIO tabularum
publicarum in libera Zusatensium Repub.

Quæstori quæstissimo adfini { Curatoribus
Dn. GEORGIO AFFELMANNO, { fidelè colen-
patruo { dis.

S. P.

IN publicum theses qui vulgant, vel de eorum, ad quos promolant, virtutibus, vel de re subjecta, prologant. Neutrum ego. Quid enim aquas in fontem ferre, quid Solonicum turrere, quid ambuca ambire, si HOG non? ILLUD Agarastoclis, non alicujus è decumis. Stilam in Ægeo hocce, Pergalus retinet. Vnicum, theses has à me conscriptas vobis inscribi ad vos scribo. Hâc namq; non aliâ ad spectatos via eundem Halicarnassei, Polybi, Siculi, Phreculphi, Adonis, Helmandi, Zonaræ, Sigeberti, Antonini, Cocci, Bossi, Gassari, Iovi, Strabonis, Melæ, Arnobi, Lactanti, Orosi, Gyraldi, aliorumq; monumenta monuerunt, persuaserunt. Habetis ergo studiorum meorum studima gratitudinis & observantiæ erectam statuam, officiosi amoris rosium & animi mei votum, ut VALEATIS, FAVEATIS Dab. Rost. Calend. Decemb. Anno M. DC. VII.

Amoris Vesteri P.

Johannes Affelmannus



DE THEOLOGIA.



THEOLOGIA est doctrina Tit. 2. v. 1, de Deo ^{Definitio.}
 ex ipsius verbo rectè agnoscendo Joan. 17. v. 3.
 ad ipsius gloriam & nostram salutem Joan. 1,
 v. 39. 2. Timoth. 3. v. 15. 16.

ΕΚΘΕΣΙΣ.

1. Vox Græca quasi λόγος βεῖ diceret. Vel quasi Dei Licetiam, hoc ^{Definiti.}
 est, flagellum (Taub. ad Plaut.) Dei Ogiam, hoc est, ca- ^{1. ἰτυμοδα-}
 nona (Ioseph. Scalig. advers. Pseudo, p. 23.) Loam, hoc est, ^{γία.}
 dictaturæ dumen (Lips. in nor. pol. Confer Fons. lib. 1. Me-
 taph. c. 2. p. 131.)
2. Ambigua. Nunc enim γενῶς capitur pro qualibet rerum di- ^{2. ὁμοῦν}
 vinarum notitiâ, (Havenreut. in proæm. Phys. Deuc. analys. ^{μία.}
 loc. Philosoph. p. 104. &c.) Vel alia rerum subtilium notitiâ
 (Plin. tom. 2.) Nunc ἰδμῶς pro tali doctrina, quam hîc de-
 scripam dedimus. (Confer. Plat. lib. 2. polit.)
3. Monosemâ vocibus κατηχῆσις, ὑποτυπῶσις, dogmatum Ec- ^{3. ἰσυνῶν}
 clesiasticorum, Metaphysicos &c. de quibus Critica apud Critico- ^{μία.}
 rum Crinit. videris.
4. Perfectè finiri nequit 1. quia non est substantia: 2. nec species ul- ^{DEFINI-}
 ma. (Piccol. in introd. ad scient. de nat. c. 19. Scal. de c. l. l. ^{TIONIS}
 c. 93. Goslen. de rat. def. p. 118. è Soncinat. l. 7, met. c. 9.) ^{Genus.}
5. Circa descriptionis genus quæstio duplex: 1. An Theologiæ sit
 genus? id enim nonnulli ceu Calvinianum avversantur. Nos
 affirmamus hoc modo. 1. Quod sub genere non est, vel ad sum-
 mum univèrsale, (Zabarel. l. 1. post. c. 13. t. 104. Ram. l. 1.
 Log. c. 27.) Vel summum singulare (Vrs. ad 1. Analyt. Hi-
 span. in sum. Dial. D. Mentz. in A. C. art. 1.) pertinet. Theo-
 logia nec summum univèrsale, nec singulare. 2. Quicquid for-

A

nam ha-

nam habet, genus habet propter materiam. Relata enim mutuo se ponere in essendo & cognoscendo in trivijs jam decantatum.

At Theologia formam habet. 3. quin Theologos synceros nominare, idem qui doceant, haud difficile.

6. *Secunda; Quod illud? DOCTRINAM* dicimus seu scientiam. Sicut enim scire esse rem per causas demonstrare (Arist. 2. post. c. 11. t. 11.) ita & docere (lib. 1. Metaph.)

7. *Sit fundamentum.* Quod primò subjectum habet necessarium, immutabile, aeternum, non caducum (Arist. 6. Eth. c. 3. 1. Post. c. 4. t. 7. c. 6. t. 18. c. 7. t. 21. c. 26. t. 44. lib. predic. c. 8. lib. 5. Metaph. c. 2. t. 5.) Secundò universale (6. Eth. c. 3.) Tertiò finem p̄v̄v̄v̄ (ibid. Perer. lib. 1. de Phil. c. 4.) Et hinc animus habualiter (cum Scotistis loquor) animat, scientia esse. (Conf. Scal. Exerc. 1. s. 3. Duod. de habit. intel. lib. 4. à pag. 98. ad 130. Piccol. g. 5. c. 28. 29. & c. Zabarel. lib. 1. de nat. Log. Perer. lib. 1. de Phil. Albert. Mag. in Reparar. Phys. lib. 1. Colleg. Conimb. in proem. Phys. Bed. pag. 7. Tolet. & c.) At Theologia nostra sic se habet.

8. *Thomistæ mixtam hanc ex Theoria & praxi faciunt disciplinam, minus tamen accuratè.* Nam 1. Non esset disciplina una. Unitas enim scientiæ p̄v̄v̄v̄ à subjecti unitate, sicut artium à fine. (Philosophi passim.) 2. nec Unica methodo tradi posset. Operatrices enim disciplinas analyticam, contemplatrices syntheticam p̄v̄v̄v̄ norunt illi, qui nihil.

Causa
I. EFFI-
CIENS.

9. *Causa Efficiens Theologiæ principalis Deus esse* 2. Tim. 3. v. 16. qui etiam primus ante reliqua divina scripta Decalogum scripsit Exod. 34. v. 1. 28. Deut. 5. v. 22. promonstrante D. Chemnitio part. 1. Concil. Trident. pag. 14. 15. Instrumentalis Prophetæ, Evangelistæ, Apostoli 2. Sam. 23. v. 2. 3. Pet. 1. v. 21.

10. *Quæritur hic à Scholasticis, Eademne Deus cum amanuensibus*

fibus ad descriptionem actione concurrerit, an diversa?

Nos contra duras Durandi nugas unam eandemq; actionem probamus. Actio enim distinctionem capit à termino. Vbi ergo terminus unus idemq; ibidem & actio (Colleg. Conimb. lib. 2. Phys. cap. 7. q. 12. art. 1.)

11. *Ut nos intelligas, unitatem subordinacionis quam nominant, non numero numericam intelligimus,*
12. *Vnde & ipse DEVS tum integra, tum partialis actionis causa, diversimodè tamen dici potest.* (Colleg. art. 3.)
13. *Materia Theologicæ ex qua VERBUM DEI est.* Non II. MATE-
RIA. Philosophica pragmata.
14. *Philosophiæ tamen & Theologiæ, omnem qui conjunctionis stragulam negant, quicumq; illi sint, livant.*
15. *Nec DUPLEX quorundam locum habet VERITAS, de qua quæritur, An Una? Exemplaris unitatem, universi diversitatem, non contrarietatem asserimus. Veritas namq; orationis est adequatio cum speciebus, orationis affectus est conveniens menti.* (D. Mentz. in Apolog. contra Pist. ad th. 1. Scal. exerc. 2. 307. f. 29. de caus. l. l. cap. 1. de re poët. p. 901. Zabarel. lib. 1. de propof. neces. c. 4. Lorhard. de adept. Veri c. 15. Taurel. lib. 5. Caf. Alp. p. 1006. Scot. in quæst. log. de interp. q. 9. Monlorius l. de univers. c. 4. p. 435.) *In intellectu ideoq; & oratione consistit. Intellectus adequatio cum rebus est, quæ cum diversæ, etiam rerum imagines, etiam notiones, & hæcimus veritates.*
16. *Sed an propterea Philosophica Veritas Theologicæ contraria? Nequaquam. Ratio. Aut esset Ethica, aut Logica contrarietate. Non Ethica. Notum axioma: Verum unum, error multiplex. Res namq; non nisi una. Adeoq; alia quidem Veritas Theologica, id est, rerum Theologicarum, alia Philosophica, id est, Philosophicarum, non contraria. 2. Philosophia Dei*

donum est. Donum Dei dono non est contrarium. Nec **LOGICA**. 1. Hic contrariorum unum uni tantum opponitur, (Ram. lib. 1. Dial. c. 14.) At quo tu jure veritatem Theologicam Philosophicam contrariam esse contendis, eodem ego juridicæ, medicæ, mechanicæ. 2. Contraria logica sub eodem sunt genere. Logici passim. At creatio & generatio (quæ ad versariorum in hac arigeâ exempla) non sub eodem sunt genere. Quæ ergo contraria?

17. Materia circa quam seu subjectum datum scibile adæquatum **DEUS** est. Quod colligere. 1. è notatione vocis Theologiæ. 2. scripturâ Joan. 17. v. 3. &c.

18. Materia hæc distributionem cum Ecclesiâ an constituat, controversia est? Negamus. Subjecta enim propriè partes esse ne fando quidem auditum. Periculum fac in Grammatica, eam in vocem & vocum compositionem seca. Absces ego, tu si non ridiculus. Video hoc clarissimum Germaniæ IC. Herman. Vult, in Jurisprud. Rom. lib. 1. o. 4. acutâ quasi riticâ notasse, cum Juris absoluti partes duas facit, hominem & rem, sc. usus præcisione, id est, unam de homine, de rebus alteram. Cujus ductum sequentes partes Theologiæ duas Deum & hominem, usus scilicet præcisione, seu, unam de Deo, alteram de Ecclesiâ, non Deum & Ecclesiâ simpliciter dicimus. Quæ Philosophicæ ruditas & cruditas.

19. Forma Theologiæ *ovatum* de materia & fine participat, ut de Philosophiæ forma aliàs Seherbius; formas hæc, barbarè licet, nervosè tamen, formuatatas appellans in thes. de Phil.

20. Quod ergo Colleg. Coninb. Tole. Piccol. Taurel. Leonbard. Marsil. Nat. cum Scerb. alijsq. de forma Philosophiæ controversias ad materiæ vel finis stragula stragulant, idem nunc nec.

III. FORM. MA. 1V. FINIS. 21. Finis est. 1. Dei Gloria. 2. Nostra salus (è defn.)

22. Ad cujus promotionem instituta **DISPUTATIONES** quas no-

quas nobis mandat Apostolus Tit. 1. v. 9. sanctificat sanctus
sanctorum Luc. 2. v. 46. Contemnentes easdem homines sunt
remerarij D. Apostolo, omnibus solide doctis & cordatis pharisaisti-
cè planè contradicentes.

23. Hic de SUMMO BONO disputatur, Quodnam illud? Dei
fruitionem Respondemus cum Scaligero exercita. 154. ex divina
nomenclatura Gen. 15. v. 1. Ps. 72. v. 2. 3. 6. 7. 8. 9. 12. Ps.
43. v. 1. 6, Joan. 17. v. 3. Rom. 14. v. 8. 9. Joan. 5. v. 21.

24. Sed verò Num & ulla Ethnicorum hac de re opinio,
ut Christiana approbari potest? Augustinus duodecim nar-
rat sententias lib. 19. de civitate Dei c. 8. Lactant. X. lib. 3.
divin. instit. c. 7. Varro 82. varrat. Nulla ex his Ethnica
quam approbemus. Aut enim bonum in divitijs collocant, aut
in paupertate (quibus & favet Bellarminus lib. 2. de Mona-
chis cap. 2.) aut in honore, aut voluptate, aut virtute, aut alio
aliquo bono creato. Exorbitatio omnis singula. Divitiæ enim
alterius gratia expetuntur. (Arist. 1. Eth. cap. 5.) Paupe-
tas aliquando obesit. Proverb. 30. v. 9. Honos facile eripitur
& aliud propter petitur. (Arist. 1. Eth. c. 5.) Voluptas ho-
mines mancipia & quidem brutanica reddit. (Arist. 7. Eth. c.
3. 2. Eth. c. 3.) Virtus perfecta non est. (Arist. lib. 2. Eude.
cap. 1.) Bonum creatum nec ultimum nec aeternis, quæ tamen
summi boni conditio. (Aristot. lib. 10. Eth. c. 2. & 7. lib. 1.
Eth. cap. 7.)

25. Hæc de Theologiâ. Nunc de

CONCILIIS.

CONCILIA sunt congressus, in quibus publica de veræ
doctrinæ ratione omnium alicujus provinciæ ordinum
Exod. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Deut 31. 32. 33. Jos. 24. 26. 1. Samuel.
7. 1. Reg. 8. 18. 2. Regum 10. 1. Paralip. 13. 2. Paralip. 15. 20. 30.

Definitio.

34. 35. Esd. 10. Nehem. 8. vel præcipuorum tantum Act. 15.
in nomine Christi Matth. 18. deliberatio suscipitur.

ΕΚΘΕΣΙΣ,

- ετυμολογια, 1. Nomen hoc Romanorum rituum. Tempore enim caesarum a gendarum conveniebant (Suet. in vita August. pag. 99.) Unde concilium quasi consilium vel ut Gruterus à parallelis collilium. Ad Romanenses si transferas dictum erit κατ' ἀντίθεσιν ut auri fames dicitur sacra.
- ὁμωνυμία, 2. Usurpatur vel γενικός pro omni frequenti conventu, quales tres anni versarij erant Iudeorum (Exod. 23. 34. Deut. 16.) Pro iōdia (Deut. 16. Lev. 23. 2. Paral. 7.) vel strictè, ut in finitione nostra.
3. Quò divisio pertinet in Oecumenica, Ecclesiastica Nationalia, Provincialia, de quibus prolixè Centuria Magdeburg. contra quasvis Papistarum calumnias nos erudit, quæ brevibus diei possunt à nemine.
4. Excluduntur autem Concilia prorsus impia (Ps. 1. & 26. Matth. 22. 26. 28. Ioan. 7. 11. Act. 4. 5. 6. 23. Quibus illud contra Athanasium celebratum, Thyriaticum. Hyerofolimitanum, Antiochenum & alia annumerantur.
- ὁμωνυμία, 5. Petrus Galatinus Rabinorum exageta concilia SANHEDRIM appellat ad celebre illud Iudaicum consistorium alludens, quod deficiente sceptro, & hebdomadibus impletis cessit, ut prolixè memorant historici. Synodi quoq; dicuntur, quod vocabulum cum Robertus Cardinalis in Biblijs reperiri negat, se Lucam Evangelistam vix (quod credimus) inspexisse ostendit.
- Genus. 6. Genus finitionis CONGRESSUS. De quorum ratione & olympido multis disputant politico-ICri, quæ nostri non sunt fori.
- Causa I. EFFICIENTS. 7. Efficiens principalis DEUS est. (Ex finitione.)

Quærit

8. *Queritur an etiam Papisticorum? Negamus ipso papista Poggio præunte his rationibus. 1. Concilia à Deo instituta in nomine Christi sunt. Propositio Bellarmini est à Matth. 18. v. 20. At Papistica concilia in nomine Christi non sunt. Initium, medium, finis hoc initant, mediant, & fiunt. 2. Antichristianum in Ecclesia dominium non nisi à Diabolo est, 2. Thes. 2. v. 3. Dan. 12. v. 38. 1. Pet. 5. v. 8. 2. Pet. 2. v. 19. At in Papistarum concilijs illud in speci quasi speculo spectandum proponitur. 3. Constituere se in propria causa iudicem Deo adversatur Rom. 13. v. 2. Matth. 5. v. 39. At papista in suis concilijs nil aliud agunt quam ut in propria causa iudices se constituent, id quod vel ex solo recens celebrato Tridentino patet.*
9. *In instrumentali causâ concurrunt ministrans MINISTERIUM Deut. 17. v. 9. 18. 2. Paralig. 19. v. 8. Malach. 2. v. 1. &c. Tit. 1. v. 5. MAGISTRATUS. Luc. 22. v. 66. Ps. 2. v. 2. Ps. 82. v. 1. 2. Paral. 20. v. 5. Cum popillante POPULO Matth. 8. v. 16.*
10. *Quod exempla Ecclesiastica numico numero coarguunt. Quæ simul Papisticam inter concilia diæcesica, provincialia, nationalia & universalia distinctionem elidunt.*
11. *Ministerium cum dicimus Dn. Papam non includimus, qui tamen, an iudicis partes in concilijs sustinere debeat, disceptatur? Nos quia normam & iudicem controversiarum sacrarum sacram tantum scripturam agnoscimus, facile pro negativa concludimus.*
12. *Quæ causæ instrumentalis, eadem quoq; materiæ ex qua, quæ dicitur, vicem dicunt, quod ipsæ contra papistas evincitur.*
13. *Materia circa quam res sunt Religionis cultum concernentes. II. Materia.*
14. *Ubi quaritur à Politicis; An de bello adversus Turcam*

fuscipi-

suscipiendo concilium institui debeat? nos alterius con-
ventus hoc esse monstramus ex *Math. 26.*

15. *Allobroges alij*: An propter altercationem quandam de dignitate inter papantes papas ortam concilia statim instituenda, quarunt. *Quærimus.* Nam I. limites Episcoporum distincti minus rectè confunduntur contra canon. 6. concil. *Nicen. II.* Episcopus vocari debet Ecclesiarum voto communi *Act. 1. v. 25. Tit. 1. v. 5. III.* Disceptatio hæc per se ambitiosa, per se impia. I. *Timoth. 3. v. 4. IV.* Proprijs repugnat *Papistarum*, id quod diligens lector facilimè videbit, hypothesis.

III, Forma. 16. **FORMA EST IN NOMINE CHRISTI** de divinis articulis deliberatio.

17. *Hac formâ cum conciliabula sua papicolæ constituta esse, & in hypomandio Tridentinum illud glorientur, Concilia omninò dicenda esse, promptè cludunt.*
18. *De qua posteriori præcipuè controversitur: An legitimo modo & ordine sit celebratum? simpliciter sylemus, utpote, 1. juri Ecclesiastico, 2. juri civili è diametro repugnans. Primò legitimo non est celebratum loco. Contra Germanos quippe cum institutum esset, juxta J.C. regulam (reum extra provinciam producendum non esse) in Germania celebrari debuisse. 2. Sententia inibi lata adversarijs nec auditis, nec presentibus Cise memorante Sledano lib. 23. At qui statuit aliquid parte inauditâ, altera æquum licet statuerit, haud æquis fuerit Sen. in Med. vers. 100. Immò in absentem aliquid qui statuunt, illorum jure sententiæ vacuantur. 3. Idem hic accusator, judex, cum tamen judex è domo suâ, nec testem nec accusatorem emittere debeat juxta J.C. vocam legem.*
19. *Disputatur quoque: Rectène Papæ soldurij conciliorum formæ adjiciant, I. solidam scripturæ interpretationem,*

è concia

- lijs à Papa approbatis tuto hauriri posse adeoq; 2. eadem non errare. Ad utramq; negativè gamus.
20. Prius tot scripturæ dicta probant, quæ sacram scripturam ex se solum explicandam. Probat Paulus cum humanum testamentum scriptum non aliunde, sed ex se ipso æstimari multò ergo magis divinum Gal. 3. v. 15. concludit.
21. Posterius è scriptura patet, Es. 56. Jer. 6. Ezech. 22. & exemplis. Anne enim concilio Chalcedonensi pontificia auctoritate approbato Leo Epist. 53. 54. 55. errorem adscribit? Anne Nicæna Synodus contra omnem scripturam milites desertâ militiâ fidem Christianam profitentes, postea ad illam justam licet redeuntés pampat? Anne concilium Neocæ, sariense à Leone Papa approbatum secundas Nuptias imperitè sexoundat? Anne concilium Sirmiense consolatum cum Sardiensi utroq; Leonico, Arianismum vendit? Sed quid fiet, si ut sæpe factum concilium concilio contradicat? Interim concilia ad tempus receptemus papistica, & sic concludamus: Concilium Chalcedonense sub Papæ primatu dominium directum & indirectum quale jam cercet intelligi noluit: Constantinopolitanum Papalem dignitatem consuetudini non juri divino adscribit: Francofurtense imaginum culturam damnat: Romanum sub Stephano Septimo, Formosum minus legitimâ vocatione ad Papatum venisse nec ab eodem ordinatos verè ordinatos judicat. Quid ergo restat, quo minus concludamus, Papam injusto jure dominium Ecclesiasticopoliticum sibi arrogare, imagines non esse venerandas. Papatum interruptâ carere successione, & non nisi Antichristianum esse convas.
22. Finis est cælestis doctrinæ confirmatio Act. 15. Ecclesiasticæ doctrinæ emendatio ibid. & Amicitie confirmatio (Euseb. lib. 3. de vitâ Const.)

IV. FINIS.

23. *Neq; tamen simpliciter concilia necessaria.*

24. *Quod contra superbum Calvinianorum postulatam notandum, qui nec se nec alios jure damnari putant, nisi res publico aliquo concilio disceptetur. Quod sic sternimus: Quodcunq; scripturam facit aut imperfectam, aut obscuram, hoc damnandum. Dicitur Calvinianorum postulatam scripturam talem facit. Damnandum (cum illi ipsis) Ergo.*


Corolla.

Qui Calvinianos Nestorianos esse serio negant, in oculis sibi nocturnias esse Lemas affirmant.




196

196



- lijs à Papa approbatis euso hauriri posse errare. Ad utramq; negativè gamus.
20. Prius tot scripturæ dicta probant, quos se solum explicandam. Probat Paulus mentum scriptum non aliunde, sed ex se ipso magis divinum Gal. 3. v. 15. concludit.
21. Posterius è scriptura patet, Es. 56. & exemplis. Anne enim concilio Ch. auctoritate approbato Leo Epist. 53. 54 bit? Anne Nicena Synodus contra omnia desertâ militiâ fidem Christianam profite justam licet redeuntes pampat? Anne sariense à Leone Papa approbatum secundum sexoundat? Anne concilium Sirmiense diensit utroq; Leonico, Arianismum veni si ut saepe factum concilium concilio contra cilia ad tempus receptemus papistica; & concilium Chalcedonense sub Papæ primatu & indirectum quale jam cercet intelligi politannum Papalem dignitatem consuet adscribit: Francofurtense imaginum cult manum sub Stephano Septimo, Formosuc catione ad Papatum venisse nec ab eodem c tos judicat. Quid ergo restat, quo minu pam injusto jure dominium Ecclesiastico re, imagines non esse venerandas. Pa rere successione, & non nisi Antichristiana
22. Finis est celestis doctrinæ confirmatio doctrinæ emendatio ibid. & Amicitia con de vitâ Const.)



the scale towards document

dem non
 ruram ex
 m resta
 ulto ergo
 eech. 22.
 ontificia
 n adscri
 n milites
 ad illam
 Neoca,
 imperite
 um Sar
 uid fiet
 rim con
 is: Con
 directum
 stantino
 ri divino
 at: Ro
 imâ vo
 ordina
 Pa
 arroga
 uptâ ca
 lesiastica IV. FINIS.
 eb. lib. 3,

23. Neg